Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35272
Copyright: Innsbruck, Prämonstratenser-Chorherrenstift Wilten



Cum ductus est ca m 39
Joseph in egypto emitque eum putiphar
eunuchus pharaonis princeps exercitus
vir egyptius de manu ismahelitarum qui
perductus est erat autem dominus cum eo et
omnia quae gerebat ab eo dirigebat in manu
illius. Invenitque joseph gratiam coram domino
suo et ministrabat ei a quo praepositus
omnibus gubernabat creditque sibi domum
et omnia quae ei credita fuerant. Be-
nedixitque dominus domui egyptii propter
joseph et multiplicavit tam in aedibus
quam in agris cuncta eius substantia
nec quicquam aliud novit nisi panem
quo vescebatur. Erat autem joseph pulchra
facie et decorus aspectu. Post multos
itaque dies injecerunt domina oculos suos
in joseph et ait dormi mecum. Cui nequa-
quam acquiescens nefario opi dixit
ad eam. Ecce dominus meus omnibus mihi
traditis ignorat quid habeat in domo
sua nec quicquam est quod in mea
no sit potestate nisi non tradiderit
mihi preter te quae uxor eius es.
Quomodo ergo possum malum hoc
facere et peccare in deum meum loquebatur
huiusmodi verba per singulos
dies et mulier molesta erat adolescentulo et ille recusabat stuprum
accedere aut quadam die ut in intraret
joseph domum et opperis quippiam
absque arbitris facere et illa apprehensa
laciniam vestimenti eius diceret
dormi mecum. Qui relicto in manu
eius pallio fugit et egressus in foras
cum vidisset mulier vestem in manibus
suis et se esse contemptam vocavit
homines domus suae et ait ad eos
En in tradiderit virum hebreum ut illu-
deret nobis. Ingressus est ad me ut
concubaret mecum. Cumque ego exclamasse
rem et audisset vocem meam reliquit
pallium quod tenebat et fugit foras.
In argumentum ergo fidei retentum
pallium ostendit marito revertenti
domum et ait. Ingressus est ad me
puer hebreus quem adduxisti ut
illuderet mihi. Cumque audisset me
clamare reliquit pallium et fugit
foras. His auditis dominus nimium credu-
lus verbis quibus vratus est valde
tradidit joseph in carcerem ubi
vincti regis custodiebantur et erat
ibi clausus. Fuit autem dominus cum joseph
et misericordiam illi et dedit ei gratiam
in conspectu principis carceris qui tradidit
a manu eius omnes vinctos qui
in custodia tenebantur et quicquid fiebat
sub eo erat nec noverat aliquid curare
ei creditis. Dominus enim erat cum illo
et omnia eius opera dirigebat.

Ecce ea quae gesta
ca m 40
sunt accidit ut peccarent duo eunuchi
principes regis egypti et pistor domino
suo. Iratusque est pharao contra eos
quia unus principum peccat alter pistori-
bus misit eos in carcerem principis
militum in quo erant vincti et joseph
qui et ministrabat illis aliquantum
temporis fluxerat et illi qui in custo-
dia tenebantur viderunt ambo simul
nocte una iuxta interpretationem
congruam sibi. Ad quos cum introisset
joseph mane et vidisset eos tristes
sagacitatis est dicens. Cur tristior
es hodie solito facies vestra. Qui
responderunt somnum vidimus et
non est qui interpretetur nobis.
Dixitque ad eos joseph. Numquid
non dei est interpretari. Referite mihi
quid videritis. Narrant pri-
mus pincerna somnium suum
dicens coram me vitem in qua
erant tres palmites crescere paula-
tim germinare et post flores uvas
maturescere cuiusque pharaonis